

GEORGII

AGRICOLAE MEDICI

BERMANNVS, SIVE

DE RE METAL

LICA.

AB ACCVRATA AVTORIS

recognitione & emendatione

nunc primum editus.

CVM NOMENCLATURA

RERVM METALLI

CARVM.



LIPSIÆ

IN OFFICINA VALEN-

TINI PAPÆ.

ANNO

M. D. XLVI.



rit ut cultro secari possit. Si uerò molle fuerit, & tenuissima bractea argenti, plumbei coloris in ipso splendent, etiam tum abunde argentum ex eo excoquitur: quòd si eiusmodi non adsint, minus. Restat ruffum, quod uel ipsum, quanto plus argenti aliorum generum in se continet, tanto argenti maior ex eo copia fit. Sed illud uidere nunc non possumus. NAB. Vi debimus suo tempore & loco, Plinij potissimum gratia, qui non nisi è duobus his terrarum generibus, & Galena argentum excoqui posse nouit, aut certe memorie, si ex alijs fieri nouit, tradidit. BER. Sentis idem quod ego. Sed antequam ex hoc domicilio egrediamur, genus quoddam præterea uobis ostendam, quod metallorum in numero est, sed ueteribus, ut mihi uidetur, incognitum, Bisemutum nostri appellant. NAB. Plura igitur quàm hæc peruulgata & nota septem, tua sententia, metallorum genera erunt. BER. Plura arbitror, nam hoc quod modo Bisemutum nostros appellare dixi, neq; recte plumbum candidum, neq; nigrum dicere potes, sed ab utroq; distat, & tertium quiddam est. Siquidem, ut cætera quibus ab his ipsis differt taceam, plumbum candidum eo candidius, nigrum obscurius, ut uidetis, est. NAB. Videmus quidem ipsum Galenæ etiam colore simile. AN. Quomodo uerò Bisemutum, ita enim appellare tu uidebare, à Galena discerni potest. BER. Facile, cum id ipsum manibus tractaueris, eas nigrore quodam, nisi planè solidum fuerit, inficit. Solidum uerò friabile ut Galena non est, sed secatur. Nigrius autem aliquanto est argenti rudis genere, quod plumbi ferè colore esse diximus, atq; ita ab utroque seiungitur. Continet

+ VII.

~~Bisemutum~~  
Bisemutum  
tum.